

b17225401 →



Congressiones: vel duodecim
principiorum liber nuper editus.

Eum privilegio.



Liber duodecim principiorum quem nuper composuit Franciscus de Villalobos artium ac medicine doctor et medicus catholici principis Ferdinandi hispaniarum et vtriusque Sicilie regis omnis acui regis inuictissimi feliciter incipit.

Famosissimo doctori Ferdinando aluarez hispaniarum et siciliarum prothomedeo franciscus de villalobos. S.

Quoniam mecum celeberrime doctor superioribus diebus colloquium haberes indignabundus de medicorum curie detestando silentio: ocioque vituperando in re litteraria. Nam ubi tot tantique sapientie fontes scaturire possent atque multiformis doctrina florescere. Ibi disciplinas marciditas et arefcentes conspiceris: et intellectus obmutescentes: et non irriguos: peritissimorum hominum desidia: defleres: quod reus mechanicarum contentiones et iurgia durat: aurumque perpetrandum in cura esset. Ego equidem sociorum quis minimus et in hac eadem re valde segnis et in expertus ut tamen morem gereres. Et ut ceteros me validiores irritare ad prelia: me irrupere in certamine libere obtuli: et opinionibus quibusdam propugnare in medio doctorum coramque te proposui. Que cum audisses verba equanimiter suscepisti: vultusque serenitate boni saltem in me desiderium laudasti. At qualiter erire dubitabas considerabas enim huius certaminis arce fragile atque decidua fore circumferam ab inuicta militia plurimorum hostium quorum certe fulgures gladios minareque vultus iamque cernebas. Hoc tamen non obstante: reipublice antepones emolumentum: ut opus implesem vehementer exhortatus es. insolita ergo sollicitudine refertus domum abeo: et ab scribulo antiquarum exercitationum plures exponendas in publicum conclusiones excepi: quas nisi ad te reuertere doctor: si meministi: quibusdamque amicis meis communicavi: quos profecto in risum propere coegi: presertim dum legerant propositiones quasdam ex his que in hoc opere continentur quandoquidem ultra id quod aduersus conciliatorem de directo contendit: cuius magna est inter medicos auctoritas et prestantia: videbas etiam eis me contra indemonstrabilia medicine principia assurrexisse. Nec dignum extimabant ut aliquid contra me digresserent. Et tamen colendissime doctor: nihil difficile in his certaminibus arbitrantur: sed ob itinere impedimentum ad quod tunc euocati eram: oportuit mutare consilium: ac a proposita disputatione me desistere consuluisti. Mihi vero dum in presenti non licet has conclusiones quas ipsi amici mei velut ridiculas confutarunt voce viva defendere: alias. n. maioris auctoritatis utilitatisque ad fores ecclesiarum infiras video quas pro expediendo opere precium existimo: ut tamen meas oino irritas non censeat eam in punctu dimissionis pulcritudinem ostendere hoc in libro decreui: quod continet nisi fallor plurima medicine principia. atque plures inde palestras exoriri auguro. Et quare libellus hic sit positus in ruina multorum et in signo cui tradidit: ab eo tamen sumendum erit perculsi: velut que mercatores cunctas dum volunt euoluere merces paucis in venalibus perimitus experiant an tota sit enodanda sarcina ac in foro exponenda: vel forte occultare satius erit et nouitatem habere opportuni: temporisque vicissitudines sperare. Similiter et hinc indicabit mihi an reliqua opera mea emergere vel potius abscondere eligendum sit. Opus itaque meum tibi prudentissime doctor corrigendum dono ducis: atque

medicinis discipulis disputandum tradit. Quorum eadem que se me consecrante intinuerit magnanimus certator arbitrandus erit: quod innumerum exercitum oppugnare ausus sit. Sed bono animo: mihi credat: ad congressus occurrere non dubitet: ipsam enim vitare: hercule: secum habebit comilitonem: cuius tanta est vis ut arma sepe inimicorum ad se trahat: leuioque repugnancia eisdem suis telis repugnat. Accipe ergo venerande prestante bona fronte huius muneris paruitatem: quod si faues: nunquam ab inceptis dum vivo desista. Prius tamen inuocato vero medicorum apolline que est sol iusticie et patris sapientia christus deus noster Vale.

Continet opus hoc duos tractatus in primo principia disputanda simpliciter ac nude ponunt cum introductione quadam per singula principia intelligendo ad philosophos directa: que nondum medicine vocabulis operam dederit. In secundo vero principia ipsa probata et verificata consumabuntur.

Tractatus primus. principium primum de materia nutritionis.

Omnes humores naturales cum sanguine materia sunt nutrimenti membrorum. solus enim sanguis omnia nutrire membra non valet.

De prioritate membrorum compositionum: principium secundum.

Membrorum animalis tempore atque nobilitate sunt priora composita simplicibus.

De excellentia spiritus principium tertium.

Spiritus qui in corde hominis est et ab eo per alia membra diffunditur: formaliter animatum esse perfectiori excellentiori modo quam reliquas humani corporis partes: in presenti principio asseueramus.

De temperamento spiritus. principium quartum.

Quod plerique spiritus humani cuiuslibet mixti compositione temperatio existit: ac magis ad medium reducta inter extrema qualitatium primarum.

De prioritate musculorum in motu voluntario principium quintum.

Dispositiones aurois in quinto sustinentur principio in qua tenet musculum esse primum mobile voluntarie quam nervos: primumque in se recipere virtutem animalem voluntarie motiuam.

De comunitate solutionis continui. principium sextum.

Membris consimilibus et membris organicis apud medicos equaliter debetur continuitatis solutio: nec primo simplicibus quam compositis aut compositis quam simplicibus conuenire potest.

De eucratissima veris constitutione principium septimum.

Dispositionem Galeni in septimo principio defendimus in qua tenet constitutionem continentis in vere absolute fieri temperatissimam.

De unica et immediata doloris causa principium octauum.

nota quod in toto hoc libello sunt plures errores impressione quorum castigacione pro maiori parte inuenies in fine operis posito

Conica et immediata doloris causa solutio continuitatis est. Malicia vero complexionis in quantum talis non est causa doloris.

De vltione Auicene
principium nonum.

Illa differentia septuagesima sexta qua redarguit Auicenam conciliator contradicit sensui: sibi ipsi: et veritati absque modestia: et sine ratione improperat. Auicenam medicinalis doctrine prothomagistrum: ac demum inaduertere exponit litteram Galeni.

De virtute humiditatis
principium decimum.

Non est minoris virtutis ponenda humiditas in corporibus elementorum: sed forte maioris quam siccitas eorum.

De humiditatis graduacione
principium vndecimum.

Humiditas mixtorum complexionalis ad tertium usque gradum inclusive eleuari potest. Ad hoc et ad quartum intenditur gradum sicut et quelibet qualitatum primarum.

De efficacia Auicene contra Galenum in capitulo
de febre sanguinis principium duodecimum.

Alluntur conciliator et eius consecrator super capitulo Auicene quod incipit opinatus est Galenus Auicenam non bene exponentes neque Galenum excusantes.

Proemium primi tractatus.

Quia fortasse continget ut aliquis philosophorum medicine principijs non dum introductus has nostras intelligere disputaciones cupiat: modumque probationis earum discernere atque examinare velit: nec possit adimplere propter defectum exercitationis in medicinalibus: hac de causa principiorum huius operis breues introductiones antepone ut quilibet homo eruditus quibus medicus non sit opus nostrum facile possit perpendere: non egens alterius medicine librorum prehabita disciplina.

Principium primum.

Omnes humores naturales cum sanguine: materia sunt nutrimenti membrorum: solus enim sanguis omnia nutrire membra non valet.

Introductio primi principij.

Quid sit humor naturalis et qualiter fiat. capitulum primum.



Hoc huius primi principiorum intellectum oportet scire quod humor secundum quod definitur ab Aui. est corpus humidum. id est liquidum in quod conuertitur ipse cibus vel alimentum in primis digestionibus. Et fit hoc modo. Postquam enim cibus per os assumptus ingreditur stomachum ibi cum calore stomachi ac membrorum vndique circumstantium ipsius primam decoctionem alimentum recipit. Quoniam cum ad

mixtione eius quod potatur fit cibi decoctio in stomacho: quasi decoctio carnis in olla igni admodum. In qua digestio seu decoctione postquam ipse cibus decoctus dimisit totam substantiam suam eiusque succum et virtutem in ipso brodio: illud quidem residuum egerit et inutile labitur ad intestina et tandem per secessum mittit. illud autem brodium quod vocatur chylus qui similis est prafane impellit ad epas per quosdam ductus et venas que meseraice vocantur: et recipit in concavitate epatis in vena amplam que vocatur porta. hec autem vena dispartitur per totum epas in ramos ac venulas paruas que procedunt per totum corpus eius attenuando se usque dum deueniant ad similitudinem capillorum. et sic huiusmodi brodium vel chylus replet totum epas secundum omnes circumferentias eius: et capiens sibi similitudinem et colorem ab ipsa epatis carnositate tandem fit sanguis non purus sed mixtus et aggregatus ex quatuor humoribus naturalibus.

De humoris diuisione
capitulum secundum.

Quia pars illius chylus que subtilis est et spumosa apta est ut intensus calefiat a calore epatis: que cetera partes. fit ergo colera rubea. et pars eius que est sicca et hypostasis grossa et terrestris fit melancolia. pars autem eius que est frigida est ceteris crudior: quia non valet perfecte decoqui ab epatis caliditate fleuma. Sed illa pars que in toto mediocri est: et calori epatis atque eius digestionem proportionata recipit quod ab epate decoctionem optimam laudabilem fitque sanguis ceteris humoribus melior et perfectior. Generatur ergo in epate ex eadem digestionem et eodem succo propter partium eius diuersitatem diuersi humores naturales. scilicet sanguis: fleuma: colera: et melancolia. Sanguinis vero complexio calida est et humida moderate. fleuma vero frigidum est et humidum. Colera autem calida et sicca. Et melancolia frigida et sicca. qui omnes in ipso epate coniuncti et indistincti appellantur massa sanguinaria vel chylus.

De humiditatibus quatuor
capitulum tertium.

Iste ergo chylus vel sanguis postquam in epate recipit suam digestionem ingreditur concavitatem alterius vene magne que est in parte conuexa seu gibbosa epatis que vocatur cocava. hec autem vena est tanquam fluuium magnum que defluit per totam provinciam et rigat vniuersam terram. similis vena cocava diuisa dispartitaque in plures criuulos seu venas procedit per vniuersa membra corporis diuidendo se usque in partes adeo capillares et tenuissimas ut visu cerni non possint: et ex orificijs et extremitatibus harum venarum subtilissimarum sanguis sudando effundit in membra atque mirabiliter irrigat ea. Dum ergo sanguis egreditur epas separat ab eo illa aquositas que ex poro admiscetur: hanc per decoctionem: et illa fluit per quasdam venas ad renes et ad vesicam: et tandem per urinam mittit. sanguis ergo vel chylus ab hac humiditate sciunctus per venas defluit que dum attingit ad extremitatis illarum venarum tenuissimarum appropriatarum cuiuslibet membro recipit ibi quandam alterationem a complexione et virtute illius membri: cum qua sanguis conuertit in aliam substantiam que humiditas prima appellatur a medicis. Deinde vobis cum egreditur venulas et spargit irroratque membra humectans eorum corpora tunc recipit aliam mutationem: et conuertit in secundam humiditatem que vocatur ros. sed cum ista eadem humiditas sparsa in membris admouet et applicat particulis membri resolutis et deperditis ut restauret eas. id est dum ponitur in locis particularum resolutarum ad restauranda

dum et recuperandum id quod resolutum est tunc recipit aliam nutritionem et convertitur in tertiam humiditatem: que vocatur cambium. postremo autem cum istum cambium seu tertia humiditas unitur membro et compaginat glutinatque partes eius ac simulatur ei antequam assimilatio illa sit in facto esse cum tunc demum recipit aliam alterationem et transmutationem: fitque humiditas quarta que nominatur gluten. sunt ergo quatuor humiditates in quas sanguis conuertitur antequam fiat membrum vel pars membri. scilicet humiditas prima cui non datur nomen: et secunda que dicitur ros: et tertia que vocatur cambium: et quarta appellata gluten.

De prioritate membrorum compositorum principium secundum.

Membrorum animalis tempore atque nobilitate sunt priora composita simplicibus?

Introductio secunda. de notificatione membrorum et eorum prima diuisione cap. i.

Membra sunt corpora et partes animalis que generantur ex coniugatione quatuor humorum naturalium: sicut humores generantur ex coniugatione ciborum et cibi ex elementorum coniugatione. Et diuiditur membrum in prima sui diuisione in simplex et compositum. Membrum autem simplex est illud cuius quilibet pars est similis toto in nomine et definitione: ut caro et os: quilibet enim pars carnis est caro et ossis os. Compositum vero membrum est illud cuius quilibet pars non conuincat toto in nomine et ratione sicut manus et facies: nam quilibet pars manus non est manus: neque faciei pars erit facies et sic membra simplicia sunt nouem. scilicet caro: os: cartilago: nervus: chorda: ligamentum: arteria vena et paniculus. Sed pinguedo et adeps si vere membra sunt: ad carnem reducuntur. Membra vero composita sunt omnia illa que ex his simplicibus vel quibusdam ex eis componuntur ut caput: collum: facies: brachium: manus dorsum: pectus: venter: crura: pedes et similia. Item membra simplicia vocantur etiam homogenea: consimilia: equalia: uniformia: in composita: similia partium. Membra vero composita appellantur etiam organica: officialia: instrumentalia: etherogenea: dissimilia: et inequalia.

De principalibus membris et eorum virtutibus cap. secundum.

Prinipale membrum est illud in quo est principium alicuius virtutis necessarie: ad esse indiuidui vel speciei perdurandam atque perpetuandam. Membra vero principalia quorum virtutes necessario requirunt ad esse indiuidui perfecti sine quibus consistere nequit sunt tria. scilicet cor: cerebrum: et epa. In corde enim est principium virtutis vitalis pulsationis et origo vite: per quam virtute generatio sit caloris naturalis et eius distributio per vniuersa membra et sit motus inspirationis: respirationis: et pulsationis ac reliqua actiones quibus viuunt indiuidua. In cerebro autem est principium virtutis sensitivae et localis motivae per quam actiones sentiendi et mouendi sunt a membris sensitivis et voluntarie motiuis. In epate vero est principium virtutis nutritivae per quam in indiuiduo sunt actiones attrahendi: retinendi: expellendi: et digerendi assimilandi: et informandi ac ceterae nutritionis operationes et augmentandi indiuidui completi: et seruandi. Est et aliud membrum per hoc in principalia computatum quod in ipso principio generationis existit et sunt testiculi in eis. non est virtus generatiua non tamen originalis et initiatiua. venit enim ad eos ex alijs tribus quae nominantur. scilicet de eis quod sine testiculis generatio non fit aut sine membro vice testiculorum obtinente: generant enim semine formaliter per quod fit generatio et suae genealogiae. idem dicitur membrum principale quod facit ad speciei perpetuandam. non tamen adeo principale membrum sunt ut sine ipsis non posset indiuiduum consistere.

De excellentia spiritus principium tertium.

Spiritus qui in corde hominis est et ab eo per alia membra diffundit: formaliter animatum esse perfectiori excellentiori modo quam reliquas humani corporis partes in presenti principio asseueramus.

Introductio tertia tractatus primi cap. primum. de spiritus notificatione.

Spiritus est pars corporis animalis: et est corpus tenuissimum et inuisibile in omnia mixta magis simile corpori celesti generatum et nutritum ex sanguinis parte subtili atque vaporosa. cuius sedes propria et habitaculum regium est concavitas et ventriculus sinister trium ventriculorum seu concavitatum que sunt in corde: et ab eo procedit per venas pulsantes: et distribuitur omnibus membris: ut eis tribuat vitam et omnes virtutes quas debent habere pro actionibus exercendis: ut monstrabitur in principio tertio. et in isto quidem spiritu vehitur calor naturalis et actualis qui generatur in corde: ut sit generale instrumentum quo fiunt operationes precipue vitales et nutritivae. est ergo calor naturalis in substantia spiritus tanquam accidens in subiecto.

De diuisione spiritus capitulum secundum.

Huiusmodi autem spiritus triplex est diuisio. Est enim spiritus vitalis: spiritus animalis: et spiritus naturalis. Vitalis autem spiritus est ille qui est in corde et in omnibus membris que mouentur motu pulsationis aut inspirationis et respirationis que vocantur membra spiritalia ut sunt pectus: pulmo: et diaaphragma. Et iste quidem spiritus profuit a corde per concavitates venarum pulsantibus: et dispartitur per vniuersa membra corporis ut primo recipiant vitam caloremque viuificum. hoc enim est fundamentum et primordium omnium aliarum virtutum. nisi enim membrum prius viuat nullatenus poterit nutriri neque sentire aut moueri. Sed spiritus animalis est ille cuius habitaculum est in substantia medullari cerebri aut nucae que est tanquam habens vices cerebri. et iste exercet actiones virtutis animalis que est illa que tribuit membris vim per quam sentiant et moueantur. iste etiam spiritus procedit a cerebro: et fluit per porositates nervorum distribuendus per omnia membra que sunt apta ad sentiendum et mouendum. At vero spiritus naturalis est ille cuius conuersatio est in epate: qui exercet operationes virtutis nutritivae que est illa que tribuit membris potentiam qua preparant sibi alimentum et nutriantur ab eo. et iste quidem spiritus ab epate procedit fluitque per medium venarum non pulsantium et cum sanguine dispartitur per vniuersa membra totius animalis. Notandum tamen spiritum animale et naturale ortum habuisse et originem a corde sed: in cerebro et in epate preparantur ad exercendas eorum actiones.

De temperamento spiritus principium quartum.

Complexio spiritus humani cuiuslibet mixti complexionem temperatior existit ac magis ad medium reducta inter extrema qualitarum primarum.



Introductio quarta capi. p̄mū.
de notificatione complexionis.

Quomplexio est calitas mixti corporis perfecte mixtionis que resultat ex qua
litate quatuor elementorum concurrentibus ad mixtionem. Et sic hoc
modo: nam cum elementa ipsa per virtutem alicuius agentis naturalis concu-
runt ad mixtionem diuiduntur in minimas partes et immiscentur pugnantia cum
suis qualitatibus contrariis: et vndique se tangunt ex qua actione et passione remittuntur atque refranguntur qualitates eorum: et reducuntur ad quandam temperiem quare generatur ex eis quedam qualitas tertia differens a qualibet qualitate elementorum et similis eis omnibus que vocantur complexio.

De diuisione complexionis in temperate ad pondus et temperate ad iusticiam capi. secundū.

Hec autem complexio mixti diuiditur in temperatam et distemperatam. Sed temperata subdividitur in temperatam ad pondus: et temperatam ad iusticiam. Complexio vero temperata ponderalis est illa in qua mensura qualitatum contrariarum elementorum sunt equales: adeo ut nulla illarum qualitas in complexione fuerit superans aut superata et remaneat complexio qualitas absolute media in puncto medio illarum extremitatum: que nec dicatur calida aut frigida neque humida vel sicca. Et de ad pondus per similitudinem illarum rerum que per mensuram ponderis redduntur equales: quasi elementa fuissent posita in equali pondere ut nullus in mixto esset maior quantitas aut intensior qualitas quam alteri. et hec est imaginaria similitudo cum elementa leuia nequeant ponderari. hanc autem equalitatem sic absolutam et punctualem in aliquo complexione minime repiri potest similitudinem illustris philosophorum et medicorum. neque est si danda esset posset cadere sub consideratione medicine. Sed complexio temperata ad iusticiam est illa que datur homini in quo de elementorum quantitatibus et qualitatibus est talis mensura qualis debet esse in humana natura in meliore equalitate in elementorum proportionem atque diuisione. et hec complexio licet non sit in absoluto medio inter extrema sed declinet versus aliquod aut aliquod extremorum: est tamen valde prope equalitatem ponderalem quasi imaginati sumus. et nominat ad iusticiam diuisione. id est in distributione et partitione. Sicut enim iusticia distributiva tunc dicitur esse equalis quando unicuique datur de honore aut pecunia aut alia re distribuenda id quod debet iuxta merita sua: ita complexio temperata iusticialis tunc dicitur esse equalis quando datur complexione de quantitatibus et qualitatibus elementorum id quod debet ei iuxta merita sue forme et suarum operationum. Et hec complexio temperata ad iusticiam diuiditur etiam in octo modos quibus ad presens non indigemus.

De complexione distemperata capitulo tertio.

Complexio vero distemperata aut dicitur talis per respectum ad temperamentum ponderis: vel respectu temperamenti iusticie. Sed distemperata absolute hoc est respectu equalitatis ponderalis est qualitas complexio que non est in absoluto medio inter extrema qualitatum primarum: sed est declinans ad aliquam extremitatem vel extremitates siue sit conueniens complexione et sanissima respectu eiusdem siue non sit conueniens. Et hoc modo est complexio iusticialis temperatissima dicitur distemperata respectu ponderis. Complexio autem distemperata ad iusticiam est illa que labitur versus aliquam extremitatem ultra mensuram debitam per suam sanitatem. aut. non est calidior quam opposita: aut frigidior: aut humidior: aut siccior simpliciter: aut composita quare. scilicet sit calidior et humidior simul plusquam decet: aut calidior et siccior: vel frigidior et siccior.

De positate masculorum in motu voluntario. principium quintum.

Dispositionem aueris in quanto sustinemus principio in qua tenet musculus esse corpus mobilem motu voluntario quam nerrum. plusquam in se. recipere virtutem aialem voluntarie motuam.

Quinta introductio. capi. vnum
de neruo et musculo.

Neruis est membrum simplex oriens a cerebro vel a nucha cuius quidem iuncturam est ut per ipsum descendat a cerebro vel a nucha virtus sensitiva et voluntarie motu ad omnia membra sensibilia et mobilia: et ut per ipsum caro corroboretur et induretur et corpus fiat fortius. sed musculus seu lacertus est caro villosa seu neruosa qua reguntur membra ab vna iunctura usque ad aliam in singulis membris. habet autem musculus ortum a neruo. neruus enim dispartitur in villos subtilissimos. et tunc vacuitates que sunt inter villum et villum replentur carne ex quo cum panniculo totum conperiete conficitur musculus qui habet duas extremitates graciles ad modum muris vel lacerte. nam cum musculus extenditur ab vna iunctura usque ad aliam exit a qualibet extremitate eius quedam chorda que ligat ipsum musculus cuius iunctura propinqua illi extremitati. ligat etiam et ista chorda ossa iuncture per partem exteriorem. et sic dum musculus qui est in parte membri domestica colligitur tunc trahit ad se cordam. et corda trahit iuncturam que membrum colligitur versus originem suam cum vero laxatur musculus iste tunc membrum extenditur: et isto modo fit motus voluntarius. Et nota quod dum musculus qui est in parte domestica membri colligitur tunc alius musculus qui est ei oppositus in parte siluestri eiusdem membri de necessitate laxatur. et hoc quilibet debet addiscere per visum et experientiam. numerus autem neruorum totius corporis sunt triginta et octo paria et vnum impar musculi autem sunt. d. cxxj.

De comunitate solutionis comituitatis principium. vi.

Membris consimilibus et membris organicis apud medicos equaliter debetur continuitatis solutio nec primo simplicibus quam compositis aut compositis quam simplicibus conuenire potest.

Introductio. vi. ca. vnum.
de soloe continui.

Que sint membra consimilia et que organica seu de composita iam dictum est in secunda introductione. Sed solutio continuitatis est ruptura vel diuisio seu incisio alicuius membri in quo eius partes que secundum naturam debent esse continue separatur ab inuicem et diuiduntur ab ense vel gladio: vel humore interrumpente: aut caliditate adurere et rumpente: aut frigiditate congelatiua constringente et seperante partes: aut aliqua alia re scindente vel mordente. hec itaque incisio seu diuisio appellatur a medicis solutio continuitatis.

De eueratissima veris constitutione principium. vii.

Dispositionem galeni in septimo principio defendimus in qua tenet constitutiones continentes in vere absolute fieri temperatissimas.



Introductio septima ca. p̄m̄a
de constitutiōe temporis.

Quoniam constitutio continentis apud medicos est dispositio aeris circūdaris nos penes suam comploem vel qualiratem. dum est iste aer qui est inter nos est calidus ppter calorem solis indirecto positi vt contingit in estate tunc dicimus cōstitutiōem continētis esse calidam. et similiter dum existit frigidus velut in hyeme tunc frigida dicitur constitutio. et quia iste aer non est elemētum simplex vere: sed est res quasi composita ex vaporibus et exhalationibus aquicis et terrenis ideo dicitur constitutio continētis. id est compositio corporis nos continētis in quo habitamus et quod attrahimus p̄ inspiratōem et anhelitum.

Capitulū secundum

De vere.

Ver autem est prima pars ex quattuor partibus anni. partitur enim an̄ cōmuniter apud medicos in quattuor tempora que sunt ver: estas: autūpn̄: et hyems. Ver quidē incipit dum sol ingreditur arietis p̄ncipium in mense martij duratq; per tres menses solares vsq; ad mēsem junij. Estas aut incipit ab introitu solis in cancri initium: et durat per alios tres menses vsq; ad mensem septembris. Autūpnus vero incipit dum sol ingreditur libram duratq; per alios tres menses vsq; ad mensem decembris. Hyems tandē incipit ingrediente sole in capricornium ac durat per tres menses vsq; ad martium. ponitur estas calida et sicca vehementer. autūpnus autem frigidus et siccus: hiems vero intense frigida et humida. sed apud ver est discordia discutienda atq; definienda in principio septimo.

De vnicā. et immediata doloris
causa. p̄ncipium octauum.

Vnicā et immediata doloris causa solutio continuitatis est. malitia vero cōplois inquantū talis non est causa doloris.

Introductio octaua.
capitulum vnum.

Quid sit intelligendum per dolorem notum est omnibus presertim illis qui dolorem iliorum aut iuncturarum patiuntur. est enim tristis et amarulenta sensatio causata in sensu tactus sicut delicia est eiusdē sensus alacris. et appetenda sensatio. quid autem sit solutio cōtinuitatis iam sciisti introductiōe sexta. malitia vero cōplois est alteratio in comploem alicuius corporis vel membri q̄ membrum egreditur a suo debito et proportionato temperamento versus aliquā qualiratem vt dum calescit plusquā exigit eius sanitas aut infrigidatur vel humectatur vel exsiccat.

De vltione auicenne
p̄ncipium nonum.

Illa differentia septuagesima sexta qua redarguit auicennaz conciliator cōtradicit sensui: sibi ip̄i: et veritati: absq; modestia et sine ratione imprope- rat auicennam medicinalis doctrine prothomagistrum: ac deum inaduertentē exponit l̄ram galeni.

Introductio nona. ca. vnū.

Quoniam conciliator est quidam liber inter medicos celebratus qui continet ducenta decem capitula que differentie appellantur. in eis enī ponuntur omnes discordie et opiniones de quibus in medicina versatur: et aduc in parte philosophic naturalis. composuit autem hoc volumen quidam petrus apponensis patavinus ciuis et preclarus doctor: in omnigena doctrina eruditissimus vt apparet in discursu eiusdem operis. in quo quidem aperuit in p̄mis portas medicinalium disputationum. ab istoq; fonte profluunt amnes plurimi quibus vniuerse medicine schole irrigantur: ab eo enim omnes moderni doctores hausere doctrinas plures: eiusq; vestigia olfacere. et animum atq; audaciam scribēdi ab eodem obrinnere. q̄ndē in omni loco omniq; materia cum inuenies dimicantem quosdam quidem fugantem: alios autem vulnerantem: plurimosq; lacerantē: dauastantēq; et predam insectantem: qui nulli pepercit. hic est petrus apponensis vel de abano. sed tanto eo maior fuit noster princeps auicenna quanto optimus monarcha preualebit strenuus atq; famoso militi vt in progressu p̄batōis p̄ncipij noni apparebit.

De virtute humiditatis
p̄ncipium decimum.

Quoniam est minoris virtutis ponenda humiditas in corporibus elementorū: sed forte maioris quam siccitas eorum.

Introductio decima.
capitulum vnum.

Quid sit elemētaris humiditas. q̄d ue siccitas patet in phicis. qualitates enī sunt p̄me que vocant passiuę: sicut calitas et frigiditas sunt qualitates etiaz p̄me sed actiuę. hūiditas aut appropatur aeri: et siccitas terre: caliditas vero igni: et frigiditas aque. De autē qualitates elemētorum sunt omniū qualitatū mixtorum p̄ncipia vt dictum est. et sunt in elemētis in vltimo gradu excellentie siue in tensionis vel extremitatis.

De humiditatis gradu
actione p̄ncipium. xi.

Humiditas mixtorū cōplexionalis ad tertium vsq; gradū inclūsue eleuari p̄t. aduc et ad quartū intendit gradū sicut et quilibet qualitatū p̄max.

Introductio. xi. ca. p̄m̄a. de humi-
ditate complexionali. et de gradu.

Humiditas complexionalis mixtorum est illa qualitas que resultat in eis p̄refractiones humiditatis elementaris vt in superioribus patet. sed gradus cuiuscunq; qualitatis mixti sunt mensure quedam q̄s inueniunt medici vt cognoscatur quāta sit intensio vel remissio alicuius qualitatis in qualibet herba seu medicina vt in q̄ mensura fuerit quilibet distēperantia opponat ei cū medicina contrarie qualitatis in eodē mēsurā: et vt sciamus vsq; ad quā mensurā distēperantie immutet corpus nostrū ab aliquo cibo vel medicina aut veneno aut alia re de immutantibus et alterantibus corpus hūanū et subueniam? ei cū reb? q̄liratem cōtrariā habentibus in tali mēsurā vel gradu vt inde corp? reducat ad temperiē.

Quorū sunt gradus medicinaz
et de singulo gradu. ca. scdm.



Gradus medicinae sunt quatuor. Primus est dum alius cibus vel medicina calefacit aut infrigidat vel ericat aut humectat corpus humanum ad remissum ut eius impressio vel alteratio sensu non percipiatur nisi multum iterata aut frequentata fuerit aut talis cibus vel medicina fuerit oblata in quantitate magna. medicina itaque huiusmodi qualificat locum in primo gradu. gradus autem secundus est dum alius medicina ubi gratia calefacit corpus: et eius impressio manifeste sentitur in occursum primo vel secundo non tamen haec alteratio pervenit ad infirmandum corpus et ledendum operationes nisi cum in frequenti usu: aut in magna quantitate medicina fuerit oblata. tertius vero gradus est quando medicina adeo calefacit vel infrigidat et cetera. ut inde corpus egrotat et eius operationes manifeste ledunt ita ut operationes sanas et incolumes. producere non valeat. nondum tamen haec alteratio pervenit ad corrumendum complexionem humanam: et mortificandum corpus vel membrum. gradus tamen quartus venenosis tamen appropriat: adeo. n. immutat corpus vel membrum ut mortificet et complexionem corrumat: hic est ultimus gradus qualitatis complexionalis ultra quem non est data alius intensio efficiet nisi sit qualitas elementis simplicis. Primus itaque gradus alterat et non percipit. secundus alterat et sentitur: non tamen infirmitat. tertius et percipit et infirmitat: non tamen corrumpt. quartus autem infirmitat corpus et corrumpt.

De efficacia avicenne contra galenum in capitulo de febribus sanguinis. principium secundum.

Allunt conciliator et eius consecrator super capitulo avicenne quod incipit opinatur est galenus. avicennam non bene exponentes neque galenum excusantes.

Introductio duodecima capitulum unum.

In libro quarto canonis avicenne discordant ipse et galenus. nam galenus in secundo de crisi ait quod nulla febris potest fieri ex putredine sanguinis que dicatur febris sanguinea: sicut causatur a putredine colere febris que dicitur colerica. et a putredine flammatis efficitur febris flammatica. et a putredine melancholicis febris sit melancholica. et motuum galeni est quoniam sanguis quando putrefit convertitur in coleram quare febris inde causata erit colerica non sanguinea. sed avicenna in illo capitulo: impugnat hanc opinionem multis modis. conciliator autem cum sua sequela in praesidium galeni opponitur avicenne atque cum magno impetu fridet et latrat in eum. nos vero avicennam his contumeliis immeritum et innocentem et volumus et honoramus in probatione presentis principii. et haec de introductionibus dicta sufficiunt.

Proemium in secundo tractatu.

In secundo tractatu premissa principia duodecim adducuntur probanda et verificanda. quorum disputatio eadem a nobis non fit ut adversam molestemus partem et opprimamus: sed ut ipsi veritati nostrum tribuatur suffragium cuius filia est omnis humana doctrina. si enim maioribus nostris obsequium et obedientiam propter veritatem prestamus quam ipsi lucubrantibus ac insudantes adinvenire: quanto plus ipsa nobis erit eligenda et colenda veritas: que nos homines facit: et a brutis discriminari compellit. est enim intellectus obiectus et rationis: que in ultima differentia ponitur definitionis humane. est etiam et ipsa veritas altiori modo contemplata. deus benedictus et gloriosus cui primo

debet charitas et obsequium quam disciplinarum omnium et scientiarum auctoribus. quandoquidem ipsi eius gratia et lumine haec omnia nobis prodiderunt: et eius immensa largitate. et fuerunt et erimus in eternum felices. Parcat ergo quisquis sit cuius in progressum currimus. et veritas alma diiudicet inter nos: cui corpus et animam atque omnia que nostra sunt commendamus.

Primum principium huius operis sustinendum est hoc.

Omnes humores naturales cum sanguine materia sunt nutrimenti membrorum: solus enim sanguis omnia nutrire membra non valet.

Evidentia huius principii primo consideranda est quod petrus aponeensis vir in primis cruditus conciliatoris divina tricesima auctoritate illustratus philosophorum: quorundam et medicorum tenet solum sanguinem purum realiter distinctum et separatum ab aliis humoribus materiam esse nutrimenti membrorum: non solum sanguineorum: verum et ceterorum omnium: quantumcumque sunt diversarum naturarum quod precipue probat ex omnibus causis generibus. materialibus. scilicet et formalibus: efficientibus: et finalibus. Sed quia eiusdem telis ipsum ipsum gnare proponimus: id presentis propositionis edificium in eisdem fundamus principiorum generibus. probatur ergo primo ex causa materiali sic. eadem est materia generationis et nutrimenti. si generamur ex sanguine cum aliis humoribus naturalibus ergo ex eisdem nutrimur. maiore probat in eadem divina conciliator. minore tenet Ari. secundo de generatione animalium dicens quod honorabilissima et principalissima particula animalis fit ex alimento purissimo et digesto: partes autem alie ex deteriore: et reliquis superfluitatibus. et hoc est quod per actiones caloris in materia generationis quodammodo perfecte digerit et ex ea fit cor. quodammodo superflue decoquit et ingrossat: et ex ea fit epar et alia quae complecti digerit et remanet imperfecte digesta et ex ea fit cerebrum. Inquit et avic. in sui divina animalibus quod in sanguine ex quo creatur principalia membra sunt tria. unum quod est subtile: aliud quod est grossum: et aliud quod est quasi flammaticum et a coactione diminutum et cor format ex eo quod est subtile: epar ex eo quod est grossum: et cerebrum ex eo quod est flammaticum frigidum. rone et firmat. nam sicut se habent elementa in generatione mixtorum ita se debent habere humores in generatione animalium. ait. n. avic. prima primi membra sunt corpora quae ex primis humoribus generantur mixtorum: quomodo humoribus sunt corpora quae ex primis ciborum generantur mixtorum: sicut cibi sunt generati ex primis elementorum mixtorum. huiusmodi. quoniam humores elementis generantur: et id dicitur elementum. scilicet per generationem elementorum. scilicet omnia quatuor elementa in quibuslibet mixtura perfecti generationis concurrunt et humores quatuor in generatione coincidunt animalium. Praeterea si solo sanguine puro animal generaretur quippe omnes partes calide fructarentur et humide: aliquidque spiritus frigida esset impossibile. ut et n. informatia non agit nisi mediante calore: quod quod magis infrigidat calidam ut ex ea frigidum generet: est impossibile. quod enim coactum est ut inquit auer. ierudari non potest. materia etiam secunda debet habere habitudinem ad determinatam formam: per distinctas dispositiones quibus disponat ad illam. secus autem est de materia prima: que cuilibet forme potest subiectari. de generatione primo. Sed sunt in corpore quedam particulae valde frigide. ergo non sunt ex puro sanguine. neque valet dicere ut conciliator divina praedicta quod in sanguine puro sunt omnes humores in potentia. Hoc enim dictum partim falsum est et partim frivolum. falsum quidem: quod quibus mela. et colera sunt potentialiter in sanguine: ex eo quod ipso corrupto eius subtile convertitur in coleram: et grossum in mela. de flammate tamen non potest verificari: quoniam per nullam generationem aut corruptionem sanguis purus potest in flammam converti. Est etiam frivolum quod sanguis purus nunquam convertitur in coleram et mela. per actiones nature ingredientis ad gene-



rariōez: aut nutritiōez. sed id fit p̄ter intentōez nature p̄pter causas cōtra natu-
rales et corrūpentes. ex quib⁹ sequit̄ qd̄ neq; fleuma; neq; aliquis al⁹ humor ē in
san. puro potentialiter: s̄m qd̄ ille san. est disposita materia generatiōis seu ali-
menti. Aduc aut̄ vltcri⁹ si san. pur⁹ solus esset materia generatiōis sequeretur
oēs hoīes sanguineos fore cōplōe naturali. nec aliquis esset dicendus coleric⁹:
fleumatic⁹ aut melācolicus. neq; etiā vilus fieret a natura citrini coloris: aut ru-
fus: et alius alb⁹: et reliquus plūbeus vel cinerici⁹. neq; iterū quidā naturali cra-
si valde calidus efficeret: iste frigidus: et ille siccus. neq; etiā corū cēt diuersa me-
dicina cōseruatiua. et infirma hui⁹ ḡnis incōueniētia se q̄rēt que maximā medici-
ne partē euerterent. et totā medicorū scolā desolarēt. et hec apud me est p̄batio val-
de p̄p̄nua demonstratiōi. p̄cedit enī ex concessis p̄positiōib⁹. et est p̄sertim cō-
ciliatiua aduersus cōciliatorē: qui tantā posuit distantiā inter cōplexiōē sangui-
ni et melācolici: d̄ra vigesima.

Probatur etiā isto modo nam oēs medici confitent̄ qd̄ et p̄fici non negāt ex
quolibet humore naturali quandā partem ire cum sanguine per venas vsq; ad
membra. quod etiam in sanguine de vena extracto et in vase ad ignem posito ostē-
dit experimētū vbi omnes humores naturales manifeste p̄cipiunt. querit̄ ergo
postq; illi humores cum sanguine decurrentes non nutriunt: vbi nāz sepe ratur
a san. aut per que loca euacuari possunt. cum insensibilis nō sufficiat resolutio ad
eorum expulsiōem: sunt enim quantitatis magne et substantie grosse ad insensu-
bilem resolutionem.

Probatur quoq; p̄positū principium a causa formali sic. diuersae enim forme
diuersas s̄m aptitudinē requirūt materias in q̄s intrudant. materia enī secū-
da vt dictū est disponitur ad determinatā formā p̄ distinctas dispositiones: qui-
bus nō eget materia p̄ma. Sed membrorū corporis forme sunt diuersae. alia est
enī cerebri et alia ossis forma: alia etiā cordis et alia splenis. ergo et corū nutritiō-
nū et materia debet eē diuersa. quapropt̄ non solo sanguine nutriunt̄ oīa. p̄terea
ille enī hūor magis aptus est vt mēbrū nutriat cui⁹ forma magis p̄portionalis et
simulat nutritiōe forme. p̄p̄ea quidem non omnibus cibariis omne animal nutri-
ri aptus est vt inquit ga. primo de virtutibus naturalibus capi. x. nam vt dicit
ip̄e ibidem transmutare in se omnia et omnibus assimilari est impossibile: nisi quā-
dam habeat cōmuniōē et cognatiōē in qualitatibus. quoniam cum ex ip̄o ali-
mento fit transitus in alitum: facilior et aptior erit transitus inter habentia sim-
bolum in qualitatibus et formis. Secūdo de generatiōe. et aui. in scdā primi capi-
tulo de signis cōplōnū dicit qd̄ cōuersio in genere p̄portionali facilior est con-
uersione ad contrariū. sed quibusdā membris colera maiorem similitudinē habet:
alijs vero flēma: et alijs colera nigra. plūq; sanguis pur⁹. ergo his erūt cōueniē-
ti⁹ nutritiōnū ceteri hūores naturales a sanguine. Idē p̄bat ex effectu nutriti-
ōnis. nā si puro sanguine oīa nutrirent̄ mēbra. ei⁹ sapor dulcis esset reperire in
cunctis nutritis: eēt etiā oīa eiusdē saporis. aīis h̄ non sit apud me verū p̄bat
tamen ex eodē conciliatore in allegato loco. sed illud nō sic euenit. ergo sanguine
puro oīa mēbra nutriunt̄ nō valent. Itē si solus nutrir̄ san. sequer̄ oīa mēbra in
suis formis s̄ilia fieri. hoc aut̄ falsum est. Sed ad hanc instantiā p̄dictus doctor
subtilis respōdet qd̄ nō sequit̄ mēbra fieri s̄ilia ex eo qd̄ nutrimentū corū sit s̄ile

qd̄ p̄bat p̄fice sic. nā necessitas in reb⁹ naturalib⁹ nō sumit̄ ex p̄materia vt au-
t̄ qui dicebant p̄fici. sed potius est sumenda ex parte finis vel forme s̄m doctri-
nam Ari. in secundo p̄ficorū. p̄p̄ea ergo membra s̄m diuersa quia diuersarū
operariōnū organa debēt esse. hic ē enim finis eorū: et non p̄p̄ea quod nutri-
antur ex vario nutrimento. sed in hac p̄batione meo videre cōciliatorē peccat p̄
falaciam s̄m quid ad simplr. quod declaratur sic: nam vt habet in p̄ficis necessi-
tas in rebus naturalibus est duplex. quedam enim est necessitas absoluta: et hec
apropriatur materie. alia aut̄ est necessitas ex suppositiōe seu cōditiōnalis: q̄ ap-
propriat̄ fini. cui⁹ exēplū ponit albertus: nam in ferra inuenitur duplex necessi-
tas. vna est absoluta: et est quod necessario debet esse ex materia ferrea: aliter nō
erit apta ad formam ferre suscipiendam. alia est necessitas ex suppositiōe seu cō-
ditiōnalis: et est quod ferra debet esse dentata et dura ex conditione finis. et est p̄-
p̄terea quia finis eius est diuidere dura sicut ligna. et vocatur ista necessitas con-
ditiōnalis seu ex suppositione: quia ad ipsam supponitur aliqua cōditiō. q̄ est
quod debet esse dura. si habet diuidere dura. sic etiam dicēdum est de membris
nostri corporis. et enim ossa verbi gratia de necessitate absoluta debent esse ex
materia ferrea puta melancolica: aliter enim non esset apta ad formam ossium
recipiendam. et ipsa quidem ossa debent esse dura si habent esse sustentaculum et
tanquam fundamentum aliorū membrorū. cum ergo arguitur quod necessi-
tas in nutritione non est sumenda ex parte materie hoc est verum de necessitate
scd̄m quid seu cōditiōnali. secus autem est de necessitate absoluta: de qua loq̄-
mur in p̄senti. ex quo sequitur de necessitate absoluta membra fieri debere simi-
lia scd̄m formas et accidentia si materia omnium eorū esset vna et scd̄m partes
vniiformis ac similis aptitudinis. neq; etiam valet dicere vt gentilis et alij quod
in ip̄o sanguine naturam sanguinis puri retinente sunt partes etiam diuersae in
subtilitate et grossitie: etiam in calitate intensiori et remissioni: ex qua quidem di-
uersitate poterit cārī mēbroz diuersitas atq; etherogeneitas. hec. n. rō ē ad pla-
citū: n̄ tñ satiat̄ intellectū. diuersitas. n. p̄riū s̄m puri ē res pua q̄ sufficere dūta-
gat ad causādū diuersitatē inter mēbra s̄m sanguinea et pres eoz. n̄ tñ potēs erit cārī tā-
tā elongatiōez et differētiā q̄lis ē in cerebri et ossa: aut in cartilaginē et testiculorū
carnē: et alia id ḡnis: q̄ qd̄ tā grādīs s̄m formas eoz p̄tiales differentia requirit
māez ex q̄b⁹ sit nutritiōnū formaz et d̄ra magna: q̄lis nō ē in pres s̄m puri
vt patet intuenti nō proteruo et pertinaci neq; iterum valet dicere quod in sper-
mate est parua diuersitas partium et tamen ex eo generantur membra: saltē sper-
matica magne diuersitatis. ad hoc enim respōdemus quod in ip̄o spermate s̄m
quattuor humores naturales sicut et in humiditate quarte digestiōis ex qua des-
cisū fuit: ideo h̄ pres valde diuersas ex q̄b⁹ singla p̄ficiūt̄ mēbra. S̄z p̄batio n̄re
p̄positiōis ab efficiēti cā. sit isto mō: qm̄ diuersoz agētiū diuersos fines itēdētū:
mā actiōis eoz d̄z eē diuersa: s̄z vni⁹ cui⁹ qz mēbri virt⁹ imutaria et assimilaria diuer-
sa ē ab alteri⁹ mēbri imutaria v̄tute p̄ma pi. ca. de v̄tutib⁹ n̄alib⁹ q̄b⁹ m̄strat. et ē
he v̄tutes respiciūt̄ diuersos fines: s̄m qd̄ cui⁹ h̄ mēbri finis differt ab alteri⁹ mēbri
fine: vt p̄ oēs libros d̄ inuamētis p̄ticiat. ḡ materia nutritiōis cui⁹ libz mēbri
ab alteri⁹ mēbri mā diuisa erit: ad modū. s. et p̄portioez diuersitatis q̄ iucit̄ it̄ ip̄as v̄-
tutes agētes. vbi. n. pua fuerit d̄ra it̄ v̄tutes nutritias: pua ē erit in alimēta et sic
de magna diuersitate intelligēdū ē. p̄terea oē agēs req̄rit māz sue actiōis dis-



posita. secundo de aia. s. virtus ossium et nervorum nutritiva est agens in re nutritiva. requirit ergo materiam nutritivam dispositam: talis autem non est sanguis purus cum ipsa sint frigida natura et sicca: ipse vero calidus et humidus ut in capitulo de complexionibus membrorum. Ad eandem de finali sic ostendit: quoniam ut dicitur aui. per primum capitulo de virtutibus naturalibus quibus ministratur est conservatio individui et speciei causa finalis nutritiva. Hoc autem oportet fieri per conservatores membrorum individui calidorum velut cor: frigidorum velut cerebrum: humidorum velut epa: et siccorum velut ossa. id autem fieri non potest nisi per alimentum calidum velut san. frigidum velut flamma: humidum velut san. siccu velut melancolia et colera. quoniam sicut egritudo suo medicatur contrario. secunda aphorisma. et tertio tegui ita sanitas suo sibi conservatur contra primum. ergo per huiusmodi finem conservatio et omnium membrorum conservatio omnibus dat humoribus membra nutrire naturalibus nec solus san nutrit.

